



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. IV. De Officialibus Superiori necessariis, & modo agendi cum illis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

sine literis patentibus; q & quin Superior, ad quem aliquis mittitur, informetur. Provincialis etiam monendus, si quis propter valetudinem, aut aliam causam mutandus loco videatur. s At profecturis sua interiora indumenta, & sottana relinquenda, instruendique omnibus ad iter necessariis. Sed hæc paranda eorum sumptibus, quorum gratia iter suscipitur. t Demum illi, de quorum dimissione à Societate agitur, nullo modo interea loci exponantur in publicis Ministeriis. u

q R. Præp. 85.
& Rect. 83.
r R. Prov. 117.
& Or. c. 12 §. 9.
s P. 3. c. 2. G. &
R. Præp 86. &
Rect. 84.

t R. Præp. 87.
& Rect. 85.

u Or. c. 12.
§. 10.

C A P U T IV.

De Officialibus Superiori necessariis, & modo agendi cum illis.

 D bonam Domus gubernationem Superiores locales suis Officialibus pluribus, & paucioribus, pro momento rerum ipsis commissarum, sublevari debent, quos idoneos esse oportet, suisque Regulis instructos: a Cum illis hæc in universum Superioribus servanda esse statuitur. 1. Ne se in illorum officium ingerant. 2. Ut prospicere illis de necessario subsidio debent, ita curare, ne otientur, sed suo fungantur munere.

Officiales idonei curandi, & fovendi.

a P. 4. c. 10. §. 6. & P. 9. c. 6. §. 14. & l.

3. Quia in quibusdam officiis experientia necessaria est, non faciliè mutandi sunt. *b*

b P. 4. c. 10. §. 6. & E. & R. Prap 7 & 14. & Rect. 6. & 13.

S E C T I O I.

De Ministro.

Ministri Dotes. 1. **I**Nter Officiales necessarios in primis est Minister; qui Vice-Rector, vel Magister Domus sit; & omnibus, quæ ad bonum universale pertinent, provideat. Deligendus verò à Provinciali, & præsertim in magnis Collegiis, non valdè juvenis, nec absque consultatione. Instruendus in decursu: & is sit, qui aliquando Rector esse possit. *d*

d R. Prov. 22. Or. c. 1. §. 21.

Auctoritas.

2. Ministro Superior eam concedet potestatem; quæ, pro personarum conditione, ad rectam gubernationem convenire videbitur. *e* In virtute sanctæ Obedientiæ præcipere non potest. Eidem tamen omnes Officiales obedire debent, & quicumque alii, etiam Professi, modò sit Sacerdos. *f* Et qui Ministro clarè diceret, *Nolo facere*, incurreret in quartum casum reservatum inobedientiæ expressæ. *g* Pœnitentias, juxta præscriptum Superioris, ipse imponet. *h*

e P. 4. c. 10. §. 7. & R. Min. 1. & Or. c. 2. §. 18.

f P. 4. c. 10. §. 8. & C. 3. D. 21.

g C. 7. D. 45. & Or. c. 1. §. 18.

h R. Min. 13.

3. Moriente, aut absente Superiore alijus loci, nec alio per eum nominato, Vicaria administratio Collegii, vel etiam Domus Professæ, ad Ministrum pertinet. In absentia Superioris, si res urgeat, auditis Consultoribus, exequi poterit, quod existimat fore juxta Superioris mentem: alioqui illius nutum expectet. §

Substituitur Superiori.

§ C. 8. D. 10 & C. 12. D. 53. & R. Min. 14.

4. Observet in temporum mutationibus, quæ domi mutatio fieri debeat, ciborum, vestium, horarum: & Superiori in memoriam revocet, num etiam aliquid desit, vel abundet ex necessariis. Iis potissimum consulat, qui sui corporis curam præ ceteris negligunt; curetque ut adsit, cum Medicus ægrotos inviset. l Peculiarem curam habeat, ut Domus munda sit, & benè composita, præsertim si quâ Externis patet. m Designet ex commissione Superioris, qui lucernas, qui fenestras communes curent, qui aquam, & mantilia ad abluendum parent. n

Ejusdem obligationes in ordine ad curanda suorum corpora.

l R. M. 5.

m R. M. 10.

n R. 12.

5. Valdè commendatum sibi existimet quod pertinet ad observationem Constitutionum, Regularum, Ordinum, & approbatarum consuetudinum; quas subinde leget. o Frequenter visitabit cubicula, & alia loca; Officiales autem saltem alternis diebus. p Noctibus singulis portas domus, quibus

Et Disciplinam.

o R. 2.

p R. 3.

- quibus in publicum exitur, visitet, an benè clausæ sint. *q*
- q* R. 11. *Observet, & Superiori referat.* 6. Notet, ac referat Superiori tam defectus, quam quæcunque alia ad bonam gubernationem faciunt. *r* Et an Sacramenta diebus statutis frequententur. *s*
- r* R. 8. *s* R. 9. *Quomodo cum Superiore aget.* 7. Quotidie de rebus omnibus Superiori rationem reddet, & libello excipiet, quæ facienda commiserit. *r* Redigat ei in memoriam, quæ necessaria Domui, & personis judicabit. *u* Studeat animos omnium inter se per benevolentiam, ac præsertim cum Superiore, per Obedientiam unire; & eorum, quæ ingrata accidunt, velit potius in se, quam in illum causam rejici. *x*
- x* R. 13. *Et cum Subditis.* 8. In pœnitentiis injungendis, & reprehensionibus ab animi perturbatione caveat; & caritatem ita præ se ferat, ut qui corripuntur, meritò id fieri recognoscant. *y* Cum quis ab officio removetur, curet, ut suum Successorem instruat. *z* Si Subministrum habuerit, utatur ejus opera; alioqui ipse contenta in Subministrum officio suppleat. *a*
- y* R. 13. *z* R. 4. *a* R. 15. *Subministri officium.* 9. In magnis igitur Domibus Ministro additur Subminister; qui est instrumentum Ministri, & aliorum Superiorum. Nihil ordinat, sed tantum est executor, & exactor actionum domesticarum, juxta

juxta modum sibi à Superiore præscriptum. *b* Erit tamen Superior Nostorum, *b* R. Sub. 12. qui Sacerdotes non sunt: Sacerdotibus solum injungere poterit aliquid, nomine alicujus Superioris. *c* Vide reliqua in Regulis pag. 235. *c* R. Sub. 7.

10. Syndicus etiam Domi constituitur, ubi Ministri, aut Subministri opera ad id non adhiberetur; cujus officium erit observare in omnibus, quod ad honestatem, & decentiam externam pertinet, & Superiori referre. *d* In Universitatibus autem constituendus etiam Syndicus Generalis. *d* P. 3. c. 1 §. 16. & P. 4. c. 10. §. 7. & R. Præp. 51. & Rect. 48. Is autem Vir magnæ fidelitatis, & judicii esse debet; qui tam de personis, quàm de rebus Rectorem, & Præpositum Generalem, & Provincialem admoneat. Præter hunc alii particulares Syndici designentur ex prudentioribus, ut quæ quavis in classe acciderint, ad Rectorem referant: & quavis nihil habeant quod alicujus momenti sit, tamen diebus Sabbathi saltem se nihil habere Superiori referant. *e* Horum officium videtur esse illud, cui sub Adjutoris Magistri, seu Bidelli nomine descriptæ sunt Regulæ in Ratione Stud. p. 156. *e* P. 4. c. 6. §. 15. & c. 17. §. 7. & K. & R. Rect. 48. & St. R. Prof. sup. 19.

S E C T I O I I.

De Consultoribus.

*Qui, & per
quem eligendi.*

1. **A**djuvabunt maximè Superiorem duo, vel plures (præsertim in Universitatibus, ubi quatuor esse oportet) Consilarii, seu Assistentes: cum quibus res graviores communicet; quorum prudentiæ, & probitati multum confidat. Quamvis, eis auditis, penes Superiores sit statuendi facultas. *f* Eos deligere pertinet ad Provinciale, ita ut statim suo munere fungi possint; licèt confirmandi sint postmodum à Generali. *g* Oporteret esse distinctos à Confessariis; at si non distincti, saltem consulendi non sunt, cum de Personis agitur: *h* mutarique subinde eos convenit. *i*

f P. 4. C. 10. §. 7.
& C. 17. §. 1.
& G. & H. &
P. 9. C. 6. §. 14.
& R. Præp. 15.
& Rect. 14.
g R. Prov. 25.

h Or. c. 1. §. 7.

i Or. c. 1. §. 11.

*Quid ipsi in se
curare debeant.*

l R. Conf. 1. 2.
3. 4. 5. 6 7. &
13. 14. 15.

*Quid erga per-
sonam Superio-
ris,*

2. Quales verò se præstare debeant, describitur in eorum Regulis, ubi jubentur afferre ad munus non levis momenti, convenientem zelum, Obedientiæ conjunctum, modestiam, caritatem, peritiam Regularum, & Instituti. *l*

3. Si quid circa victum, & vestitum, labores, & occupationes Superioris, aut circa

circa gubernationem moderandum, ad
augendum, vel mutandum censerent; il-
lum, præmissa oratione, admonendum
curent; quod ferè per Admonitorem fa-
cient; *m* & quascumque demum difficul-
tates, ad suam personam pertinentes, pa-
tietur Superior, Consultorum sententiis
acquiescat. *n*

4. Cum his autem Superior conveniet
singulis, vel saltè alternis hebdomadis,
& semper unà perlegant aliquid ex Regu-
lis, Ordinationibus, & similibus. Prima
verò cujusque mensis hebdomada agatur
de executione: an serventur, quæ præ-
scripta sunt in Regulis, & Ordinationibus;
præsertim quæ à Provinciali in memoriali
relicta sunt; quas eodem ipso tempore legi
oportebit, si nondum executioni mandata
sint; & ad faciliorem hujus mensuræ con-
sultationis usum possent præscribi nonnul-
la examinanda, magis inhærendo iis, quibus
nondum planè satisfactum videtur. *p* Præ-
terea singulis, aut alternis saltem mensibus,
Rector habeat consultationem omnium
Magistrorum infra Logicam, præsentè utro-
que Præfecto, ceterorum etiam interdum,
præsentè Præfecto Generali. *q*

5. Cum Superior aliquid statuerit, ju-
diciam suam illi submittent tum interius,

L 1 2

tum

m P. 9. c. 4. §.
2. 3. 4. & c. 5.
§. 2. & c. 6. l.
& C. 1. D. 82.
& R. Conf. 12.
n Ex. c. 3. §. 12.
& D.

*Quoties consu-
lendi, & de
quibus.*

o R. Præp. 15.
Rect. 14. &
Or. c. 2. §. 10.
19. 20. & C. 6.
D. 36. §. 2. 3.
& 5. & In. 18.
§. 5.

p C. 6. D. 36.
§. 7.

q St. R. Rect.
18.

*Modestia, &
Secretum ab iis
servanda.*

tum exterius; immò susceptam deliberationem Superioris apud alios tuebuntur. Quod si videretur rem ad alium Superiorem esse deferendam; id præmissa oratione fiat apud immediatum illius; aut, si is non provideat, ad supremum. *r* Poterunt tamen, etiamsi non interrogati, Superiori proponere, quod publicè, vel privatim expedire judicaverint. *s*

r R. Conf. 7. &
In. 18. §. 12.

s R. Conf. 2.

Secreti retinentissimi sint; nec, quæ in Consultationibus agitata sunt, evulgent; & Superiores tenentur, qui in hoc deliquerint, punire, pro culpæ magnitudine, etiam usque ad muneris Consultorum, aliorumque non inferiorum privationem. *s*

t R. Conf. 9. &
C. 7. D. 23.

Quoties, & de
quibus scribent
ad Superiores
mediatos.

u P. 4. c. 17. §.

7. & L. & P. 8.

c. 1. §. 9. & R.

Conf. 10. &

For. Scrib. R.

20. & C. 7. D.

91. & Or. c. 10.

§. 3.

x For. Scrib.

R. 21.

y Cl. c. 2. tit. 2.

§. 3.

6. Scribent ad Provinciam bis in anno, mense Januario, & Julio; & ad Generalem singulis annis, mense Januario. *u* In his literis, præmissa oratione, & re maturè considerata, syncerè, & sine amplificatione significabunt, quod sibi de Superioribus, ac de eorum administratione, ac rerum statu scribendum in Domino videatur. *x* Capita verò materiæ in literis ad Generalem, distinctiùs tradita Ord. Cap. 10. quibus addendum, quid fiat, aut præmittatur circa executionem, *y* & speciatiim, an vigeat praxis collationis Domesticæ Casuum Conscientiæ, juxta Regulas,

gulas, & Decreta. Et an serventur præscripta ad custodiam castitatis, ac præcipue circa visitationes, & socios. Ad executionem omnium promovendam ex §. 4. Decr. 36. Con. 6. formanda sunt capita, de quibus Superiores, & Consultores scribere debent ad Provinciam; quæ desumi poterunt, magna ex parte, ex iis, quæ proposita sunt pro Generali. Præterea ad Provinciam scribendum est; quomodo Præfecti spirituales idonei sint, & suo muneri satisfaciant. Et an ab aliquo peccatum sit, linguâ, vel calamo contra caritatem proximo debitam, & qualiter correctio adhibita, juxta Decr. 19. Con. 12. Hæ literæ sigillo (quod apud Admonitorem erit) obsignatæ, mittentur; nec quisquam eorum sciat quid aliud scripserit. Deforis in tergo geminato CC. distinguantur.

z C. 13. D. 27.
a In. 15. c. 2.
§. 7.
b In. 10. §. 12.
c P. 4. c. 17. L.
& R. Conf. 10.
& For. Scrib.
R. 23.
d Or. c. 10. §. 3.

SECTIO III.

De Admonitore, & Collaterali.

QUOD cum Præposito Generali agendum præscribitur, ut aliquis à Societate designatus, postquam Deum consuluerit, & æquum esse judicaverit, cum modestia, ac humilitate debita eum admo-

Admonitoris munus.



§ P. 9. C. 4. §. 4.
& c. 6. 1.

A quo designan-
tus.

f R. Proy. 25.

Ejus modestia,
& fidelitas.

§ P. 9. C. 4. §. 4.
R. 1. 2. & 7.

De quibus, &
quoties admo-
re debeat.

h R. 2. 3.

§ R. 4.

l R. 5.

Epistole ab eo
curanda.

nere teneatur de iis, quæ sentiat in illo de-
siderari; idque etiam cum Inferioribus
fieri potest.

2. Designatur igitur Admonitor, tum
Provinciali, tum Superioribus localibus;
& illi quidem à Generali, ut dictum est
supra Cap. 1. Sect. 3. §. 1. his verò à Pro-
vinciali, confirmandus tamen à Generali.

f Hujus muneris habes Regulas in Cod.
Regul. Pag. 157. quarum hæc summa.

3. Admonitor erga Superiorem, sum-
ma modestia, & humilitate officium suum
obeat; nec hujus muneris occasione reve-
rentiam, aut obedientiam imminuere de-
bet, quam & in subditis fovere debet, sal-
va interim necessaria fidelitate, & liber-
tate.

4. Admoneat Superiorem de iis, quæ
major pars Consultorum ei dicenda judi-
caverit: de reliquis non facilè, sed cum
non levis momenti esse, præmissa oratio-
ne, censuerit, sive ad Personam, sive ad
Officium Superioris pertinebunt. h Quæ
sugesserit, non evulget. i Ubi opus erit,
iterum; & sapius de eadem re Superiorem
commonefaciet: quin & illius Superio-
rem, si emendationem desperaverit. l

5. Admonitoris erit ordinarias episto-
las Consultorum ad mediatos Superiores
mit-

mittere, nisi aliâ viâ illi malint; simulque referet eisdem utrùm illi scripserint, an non. *m* Non tenetur tamen ad Superiores scribere, quemadmodum Consultores. *n* Ad has autem literas, aliasque ad mediatos Superiores obsignandas, sigillum apud se habebit; cujus in reliquis nullus sit usus. *o*

m R. 6.

n C. 7. D. 52.

o R. 8.

6. Ex Constitutionibus Præposito, & multò magis Rectori adjungi poterit Collateralis socius: qui licet Superioris localis obedientiæ non subdatur, tamen reverentiâ ei exhibitâ, debet aliis exemplo esse. Munus Collateralis est juvare Superiorem in omnibus, quæ ad ejus Personam, aut Subditorum, pertinent, tum consilio, tum opera. Superior verò erga ipsum peculiarem dilectionem, & honorem præferre debet, illoque fidenter uti; &, dempta potestate, habeat eum tanquam se alterum.

Collateralis munus.

7. Duabus ex causis præcipuè Collateralis adjungi debet. Prima est, ad supplendas aliquas dotes ejus, cui munus præcipuum est demandatum. Secunda; si aliquis minùs profecturus crederetur, si sub ejus; qui præest, Obedientiâ, constituitur, quàm si adjungatur ut Socius; dummodò talentum ad eum juvandum haberet, *p*

Cur institutum.

p P. 4. C. 17. B.

& §. 7. & P. 8.

C. 1. §. 3. & D.

L 1 4

8. Hoc

*Non passim
usurpandum.*

8. Hoc autem Collateralis officium, vel nomen (quod Superintendentis postmodum est vocitatum, ut constat ex Hist. Societ. Par. 3. l. 1. n. 44.) non usurpandum esse statutum est, nisi ubi, pro arbitrio P. Generalis, necessitas, vel magnitudo Collegii utrumque postulaverit; neque enim nomen tantum est retinendum.

q C. 2. D. 86.

SECTIO IV.

*De Praefecto rerum spiritualium,
& Confessariis.*

*Praefecti Spirituales necessitas,
& institutio.*

r P. 3. c. 1. §. 12.
& P. 4. c. 10.
§. 7.

I. **C**onstituendus est praeterea qui rebus spiritualibus superintendat. Cujus muneris cum summa sit necessitas, peculiari cura incumbendum est, ut ad illud pro dignitate obeundum; longè ante deligantur aliqui, atque instituuntur. Igitur ex ipso juvenum numero, qui silentii, & orationis amatores, lenitate etiam, ac dexteritate praediti, Provinciali, auditis Consultoribus, aliisque, videbuntur, adjungendi sunt Socii Magistris Novitiorum, exercendique in tradendis spiritualibus exercitiis.

2. Mu-

2. Muneri verò ipsi Provincialis ad-
 vere debet maturos senes, longo guber-
 nandi usu, vel conciones habendi, aut
 Theologiam prælegendi labore fessos, &
 tanquam ex alto in portum confugientes.
 Et in magnis præsertim Seminariis cura-
 bit, ut doctrina, & fervore pietatis insi-
 gnes adhibeantur: extra controversiam
 enim esse debet, præstantissimi cujusque
 Viri præclare stare operam uno hoc in
 munere occupati. Et quoniam res est in-
 ter potissimas, quæ Provinciali commen-
 datæ sint; Præfectis constitutis invigilet;
 in Visitatione rationem ab iis, aliisque
 reposcat; multum interea illis tribuens,
 & reverentiam concilians: mandetque
 Consultoribus Collegiorum, ut quem-
 admodum in hoc genere procedatur, ad
 se perscribant. Ipse etiam quotannis ad
 Generalem scribat, quos Præfectos consti-
 tuerit, qua institutione, quo fructu. Erit
 etiam Superioris localis excubare ad hujus
 gravissimi muneris executionem.

3. At Præfectus fidelis sit Societati; ejus
 instituti, & disciplinæ omnis spiritualis
 peritus; & in Obedientia, & humilitate
 exemplum aliis præbeat. Concedendum
 propterea illi est, ut Sanctæ orationi, San-
 ctorum Patrum, aliorumque piorum li-
 bro-

*Primarii Viri
 huic muneri ad-
 dicendi, ejusque
 praxi insisten-
 dum.*

5 R. Prov. 24.
 & In. 10. §. 5.
 6. & 11.

1 In. 10. §. 12.
 & 15.

11 In. 10. §. 14.

x Or. c. 2. §. 6.

*Præfecti qua
 studia.*

9P. 3. c. 1. §. 12.
& R. Præf. Sp.
1. & 5. & In.
10. §. 7. 8.

Ministeria.

2 In. 10. §. 9.

4 In. 10. §. 10.
11.

*Ratio agendi
eum Nostris sibi
commissis.*

6 P. 3. c. 1. §.
12. & P. 6. c. 3.
§. 1. & R. Præf.
Sp. 1. 2. 3. 4. 5.
6. 7. 8. 9. 10. 11.
& Or. c. 2. §. 6.

brorum lectioni operæ plus solito impendat : neque enim putandum hujusmodi artis Magistros existere posse, qui hæc aliquando cursim lectitarunt, aut meditati sunt. y

4. Eadem ratio suadet, ut Præfecti Spiritus ordinariè non occupentur circa Externos; & quamquam; & ad declinandum prorsus solitariae vitæ genus, & ad ceterorum exemplum, expedit eos carceres, hospitalia invisere, aliaque id genus obire munera; ubi minus illecebræ, plus utilitatis existit, vitatis certis poenitentibus, & præcipuè sceminis. a

5. Totum se ergo in Nostrorum curam Præfectus impendet; amabilem se iis exhibeat, ut ad eum omnes confugiant. Quos instruet, secundum uniuscujusque captum, quomodo interiùs, & exterius se habere debeant, in omni virtutum genere, præsertim in recta intentione, orandi modo, poenitentiis, & Obedientia. Præter eos, quos satis instructos Superior judicaverit, cum unoquoque agere de his ultra mensem ne differat. Peculiarem verò habeat curam afflictorum, tepidorumque, tum Coadjutorum, & Novitiorum. b Quæ verò sint partes Præfecti spiritus juniorum Scholasticorum habes Or. Cap. 13. §. 3. 4.

6. In

6. In his autem omnibus videat, ne à Superiore præscripta turbentur: immo sibi proponat in primis curandam Obedientiam, & amorem Subditorum erga Superiorem. Qui pariter intelligat sua interesse Præfectum amari, & in honore, tanquam instrumentum suum, haberi à Subditis. Omnesque inter hos duos, quos conjunctissimos esse oportet, suspiciones, & zelotypiæ præcidantur.

Et cum Superioribus.

c. In. 10. §. 13.

7. Ordinarios Nostrorum Confessarios Provincialis designabit; & ex his ferè Præfectum rerum spiritualium. d Extraordinarios etiam in renovatione Votorum; si hæc circa Visitationem inciderit. e Plures verò, pauciores-ve Confessarios designare oportebit, prout multitudo, aut aliquorum poscat utilitas; sed unusquisque suum stabilem habeat Confessarium. f Reliqua ad Confessarios Nostrorum spectantia vide supra Par. 4. Cap. 1. Sect. 3.

Confessarii designandi.

d P. 3. C. 1. §. 11. & R. Prov. 24.

e R. Prov. 131.

f P. 3. C. 1. §. 21. & L. & P. 6. C. 3. §. 2.

S E C T I O V.

De Procuratore.

x. **S**ed in iis, quæ pertinent ad rerum temporalium conservationem, præter curam illam, quam non modò Superiori

Cur Procurator instituendus.

g P. 3. c. 2. §. 7.
 & P. 6. c. 3. §.
 7 & C. 8. D.
 15. & R. Proc.
 Col. 2.

*Quinam seli-
 gendi.*

*h In temp. tit.
 3. initio.*

*i In temp. tit.
 1. §. 13.*

*l P. 6. c. 3. §. 7.
 & D. & C. 8.
 D. 3.*

Instruendi.

*m In. temp.
 tit. 1. §. 12.*

riori, sed omnibus caritas, & ratio im-
 ponunt, æquum erit alicui peculiariter
 demandari hoc munus, ut tanquam bona
 Domini nostri JESU CHRISTI, & patri-
 monia pauperum curet; isque est Procu-
 rator. g

2. Id autem munus cum multiplices
 obligationes inducat, maximique mo-
 menti sit (nam à re familiari etiam res spi-
 rituales, & Societatis status, progressus-
 que pendent) demandandum est homini
 valde prudenti, perito, & fideli, nulla-
 que alia occupatione implicito. *h* Con-
 stetque in Provincia non eos tantum Pro-
 curatores fieri, qui nullum aliud talentum
 habent. Cujus rei gratia juverit eos, qui
 Rectoris officio defuncti sunt, & qui per-
 functuri sperantur, huic muneri additi. *i*
 Professi tamen quatuor Votorum ordina-
 riè eo non fungantur. Quod si in aliorum
 hominum idoneorum penuria dispensan-
 dum sit, ad Generalem recurratur; qui
 non difficilem se præbebit, ubi necessitas
 coget. *l*

3. Designati Procuratores, priusquam
 officio fungi incipiant, ab aliquo Oecono-
 miæ benè perito instruuntur; rudimenta
 Arithmeticæ condiscant, & quo pacto li-
 bri rationum tenendi. *m*

4. Quo-

4. Quorum agunt negotia, eorum expensis alendi sunt; etiam si in aliis Societatis domiciliis agant. Parque est ratio Officialium Externorum; quales v. g. Advocatus, Procurator, Solicitor.

Procurator Provinciæ jus habet ad Congregationem Provinciæ suæ, supra numerum, si ratione Professionis eam non ingreditur; & in ejus locum subrogandus Procurator Collegii maximi. Si ad negotia tractanda ad Congregationem generalem Præpositus Generalis, vel Vicarius judicaverit, præter consuetos, Provinciale, & duos socios, alios esse mittendos, atque adeò eligendos in Congregationibus Provincialibus; in horum electione potissima habenda ratio Rectorum, & Procuratorum, aliorumque Officialium, modo sint, vel Professi, vel Coadjutores Spirituales formati.

5. Procuratoris munus quinque ferè capita complectitur. 1. Ut bona, ac jura Collegii conserventur. 2. Ut reditus non decrescant, sed potius augeantur. 3. Ut quæ Collegio debentur, summâ diligentiam exigantur; & omnia necessaria opportunè comparentur. 4. Ut res, & pecuniæ rectè dispensentur. 5. Ut dati, & accepti ratio semper constare possit.

6. Ut

Nonnulla eorum jura.

2P. 4. C. 2. E. & C. 2. D. 82. & C. 7. D. 18. 0 C. 2. D. 83.

p C. 6. D. 25 §. 2. & For. Con. Prov. §. 5.

q P. 8. C. 3. A. & C. 6. B. & C. 2. D. 2. & C. 4. D. 35. & For. Con. Prov. §. 32.

Obligationum summa.

*Quid prestan-
dum, ut bonu,
& jura conser-
ventur.*

*r R. Pr. Coll.
19. & 21. & In.
temp. tit. 3. §.*

1.

*s R. Pr. C. 11.
& In. temp.
tit. 3. §. 2. & 4.
i In. temp. tit.
3. §. ult.*

*u C. 2. D. 55.
& R. Prov. 77.
& R. Pr. C. 15.
16.*

*x R. Pr. C. 17.
Et redius.*

*y In temp. tit.
3. §. 3.*

*z R. Pr. C. 12.
& C. 2. D. 61.
& C. 7. D. 84.*

*In exactionibus
& provisioni-
bus.*

*a In. temp. tit.
3. §. 4. & R.
Pr. C. 2. & Pr.
D. 2. 3. 4. & 7.*

6. Ut primo satisfiat; habeat Procurator in Archivio Instrumenta originalia jurium sui Collegii; & præterea Librum, in quo sigillatim descripta sint bona stabilia. *r* Advertat num ea, quæ possidentur, reparatione indigeant; aut ab injuriis vindicanda sint. *s* Et peculiarem habeat curam Ecclesiarum, quæ pertinent ad Beneficia Collegiis unita, & obligationum exinde consequentium. *t* Lites maxime declinet; & si quæ necessariò agitandæ, eluceat in eis religiosa moderatio: & in publicis judiciis, per externos Procuratores, negotia peragantur; *u* qui optimi eligendi, ut & reliqui Officiales: non omiffa interim per ipsummet cura, ut omnia rectè, & solidè expediantur. *x*

7. Circa secundum: Bonos colonos habeat. Prædia sint instructa, cultaque diligenter, ex consilio peritorum, & more Patriæ. *y* Sed quæ speciem habent secularis negotiationis, sciat Nostri esse prohibita. *z*

8. Circa tertium: Ne nimium Rusticis fidat; & colligendorum fructuum tempore illos adibit: à quibus, & aliis debitoribus statò tempore, quod debent, exiget. *a* Opportunè res necessarias ad vitum comparet; easque, & collectas fruges

ges ita Officialibus tradet, ut ab eisdem tertio quoque mense rationem repetat; ab Emptore verò quotidie. *b*

9. Circa quartum: Curabit empta conservari, & ne in rebus ad victum, & vestitum necessariis plus absumatur, quàm, juxta bonas consuetudines, necesse sit: tametsi id propriè ad Rectorem, & Ministrum pertinet. *c* Pecunia undecumque provenerit, in arca reponatur: cujus clavem unam Superior, alteram Procurator custodiet. *d*

10. Circa quintum: Ut statis temporibus rationem officii sui possit reddere, duos potissimum Codices habeat, alterum accepti, & expensi, alterum omnium debitorum Collegii, præter alios; de quibus P. 2. C. 2. Sect. 3. n. 3. *e* & ad omnium Scripturarum, & pecuniæ custodiam clavi cubiculum obseratum habeat. *f*

11. Hęc omnia ita præstabit; ut nullum alicujus momenti negotium aggrediatur, nisi ipsi à Superiore commissum sit: cui etiam rationem reddet eorum, quæ facit; & diligenter, quæ præscripserit, exequatur. *g* Omnes autem, quibuscum conversatur, memor Instituti Societatis, quæ profectui animarum invigilat, curet verbo, & exemplo ædificare. *h* Si quid pe-

b In temp. tit. 3. §. 4. & R. Pr. C. 8. 9. & Pr. D. 16. 17. In usu rerum, ac pecunia.

c In temp. tit. 3. §. 5 & R. Pr. C. 10. & Pr. D. 18.

d R. Pr. C. 5. & Pr. D. 8.

In Libris rationum.

e P. 4. C. 2. §. 4. & In. tit. 3. §. 1. 5. & R. Pr. C. 3. 4. 7. 14. 19. 20. 21. 22.

23. 24. & R. Pr. D. 3. 9. 10.

11. 12. 13. 14.

f R. Pr. C. 22. & Pr. D. 15.

Quomodo agendum cum Superiore, & reliquis.

g R. Pr. C. 13. 18. 23.

h R. Pr. C. 1. & P. D. 8.

peculiare statutum est in Regulis Procuratoris Domus Professæ, id expositum est P. 3. C. 7. Sect. 2.

SECTIO VI.

De Reliquis Officialibus rerum temporalium.

Plerique sint ex Nostris, & quo numero.

*i P. 1. C. 2. §. 2.
& A. & P. 3. C.
2. §. 7. & H. &
P. 4. C. 3. §. 2. &
C. 6. B. C. & C.
10. §. 6. 7. & H.
& C. 1. D. 103.
& R. Prov. 39.
& In. 6. §. 4. &
C. 7. D. 82. §. 3.*

A quo designandi.

1. **R**eliqui pro temporalibus rebus Officiales, aut plerique, aut omnes (nam Scholastici, & Novitii ex parte possunt aliquando adhiberi) sunt Coadjutores temporales. Cum quibus Superior hæc ferè servabit. Ne plures sint, quàm eorum obsequii necessitas poscat, præsertim in iis, quæ honestius domi, quàm foris fiunt. Cujusmodi sunt in magnis Domibus, Coquus, Dispensator, Emptor, Janitor, Infirmarius, Lotor, Tonsor, Præfectus horti, Sacrista, Scriptor, & eleëmofynarum Curator, ubi ex his vivitur: erit autem prudentiæ Superioris eos augere, vel minuere. *i*

2. Exceptis quibusdam, quorum electio ad Provinciam spectat, eos Superior Domus prudenter constituat; quomodo suis fungantur Officiis, consideret: & prout in Domino convenire judicabit, vel in

in eisdem Ministeriis detineat, vel ab iisdem removeat; sed quos deprehenderit idoneos, non facile mutet. ^l

3. Juventur in spiritu hebdomadaria Institutione; quam præstat à Superiore ipso haberi, tum quotidiana meditationis explicatione, & frequenti alloquio: ^m & ipsimet Regulas officiorum suorum singulis hebdomadis in memoriam revocent. ⁿ Reliqua à Superiore circa Coadjutores curanda, vide supra Par. 3. Cap. 6. Constitutionæ autem plerisque hujusmodi Officialibus Regulæ, in Cod. Regularum relatæ sunt pag. 140.

C A P U T V.

De Vice-Provincialibus, Vice-Præpositis, Vice-Rectoribus, & Superioribus Residentiarum, & Missionum.

1.  Non est dubium à Præposito Generali constitui posse, qui vices gerant, vel Superiorum Provincialium, vel Localium; cum penes illum facultas hoc in genere, summa sit in Societate, ut supra dictum est P. 6. C. 1. Sect. 3. Quamquam Vice-Provin-

M m cia-

1 P. 4. C. 10. §. 5.
6. & E. & R.
Præp. 6. Rect.

5.
Quomodo in pietate erudiendi.

m P. 4. C. 4 B.
& C. 7. D. 80.
§. 19. & C. 8.
D. 38 §. 4. &
R. Præf. Spir.
7. & Or. 2. §.
16. & In. 8. §.
1. 1.

n P. 4. C. 10. F.
& R com. 49.

Generalis facultas ad eos constituendos.